



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis Gebennensivm Meritissimi

Maupas du Tour, Henri Chauchon de

Coloniæ Ubiorum, 1663

Pars Secvnda. Acta apud Antuates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42882



VITÆ
 B. FRANCISCI
 SALESII,
 PARS SECUNDA.
 Acta apud Antuates.

CAPUT I.

Missio ad hereticos.



MOR, ut S. Augustinus vocat, impatiens, qui que ortore pere nunquam sinit peccatus cui infidet, urgebat assidue mentem optimi Sacerdotis, & ac capitis discrimina adeunda incitabat, ad vitam animi restituendam iis, quorum in mentibus, lumen fidei atque adeo sancti amoris ignes error peccatumque extinxerant. Tanquam Rachel illa quondam, optabat liberos, moriturus nisi haberet: illudque volebat frequens, Sacrificium Deo acceptius nullum esse, quam si ejus gratia cooperando, in salutem animarum incumbas. Morem ergo gessit Deo trahenti ad eam procuracionem, sibi que proprium dictum interpretatus est, quod Dominus Jesus

Apo

Apostolos ad disseminandum Evangelium mit-
 tens, inculcaverat; *Ego vos elegi ut eatis, & fructum affe-
 ratis.* (a) Et eodem tempore divinâ providentiâ,
 opportuna imprimis ad susceptum consilium oc-
 casio objecta est: Mandavit Gebennenli Episco-
 po Dux Sabaudia, eam in Diœcesim mitteret o-
 perarios, qui damna jam diù ab hæresi importata
 resarcirent. Haud pluribus ad Franciscum incitan-
 dum opus fuit, cui jam tum suavissimum esset
 adire pericula, ad quæ obedientia caritasque voca-
 bant. Eò mittitur ab Episcopo suo: utque ea mis-
 sio bene & feliciter verteret, singulari adversus
 Prælatum suum observantiæ significatione pro-
 volutus in genua tanquam alter Isaias, (b) *Ecce ego,*
inquit, mitte me. At quantam lætitiâ promptus
 ille ardor pio Antistiti, tantum mœrorem Franci-
 sci parentibus obtulit, ægrius ferentibus dilectum
 ad id muneris carissimum & suavissimum filium,
 cujus conspectu & consuetudine carituri diù es-
 sent. Et metuebant præterea, ne quid periculi eun-
 ti crearent labores cum ea procuratione conjun-
 cti, neve aut in morbum incideret, aut malè habe-
 retur ab iis, ad quos adibat: ita nihil prætermise-
 runt propinqui, quod ad dissuadendam profectio-
 nem valere posse existimarent. Sed eorum timo-
 rem vicit pii pectoris fortitudo, amorque ille Dei,
 qui faces ad audendum tam ardentibus celso pecto-
 ri subiciebat: ut enim eum idem ille summus De-
 us ad Evangelium disseminandum legerat, ita mi-
 rum quendam in modum adversus carnis & san-
 guinis impetus ipsum corroboravit, orationem-
 que suggessit efficacitate plenissimam, quâ patri
 respon-

(a) *Ivan. 15.* (b) *cap. 6.*

respon-

„ responderat : Opus Dei, inquit, est, mi pater, ad
 „ perficienda illa ad quæ me is pro sua benigni-
 „ tate vocat, animi fortitudine opus est, nullâ ali-
 „ re prætereâ : atque illa ipsa fortitudo poscenda
 „ ab ipso Deo est, qui robur imbecillibus sufficit
 „ & subministrat : neque verò barbari sunt ii, qui
 „ buscum certamen suscipiendum nobis est : ne-
 „ que ad eos adimus eo consilio, ut depopulatio-
 „ nem exerceamus, aut cæde & sanguine hostilen-
 „ in modum vexemus eos, quorum infelicitatem
 „ miseramur : arma nostra spiritualia sunt, quæ
 „ quidem in belli genere, tot victores quot milia
 „ tes numerantur : ut aspides sint, tamen si no-
 „ Dominus teget, quid periculi ? an non enim
 „ pollicitus est, nihil eorum venena nocitura
 „ dum in ejus gloriam promovendam incumben-
 „ mus, laboribus nostris è cælo benedicentibus
 „ Quòd si nos is pro summo suo imperio aut in
 „ Angliam pergere juberet, aut in Indiam, paren-
 „ dum tamen esset : & verò tunc iter optabile
 „ esse deberet, & mors quacunque vitæ diuturni-
 „ tate ac felicitate jucundior : ipsum autem illud
 „ occumbere, omnibus esset triumphis glo-
 „ riosius. Uno verbo, satis nobis sit Domini De-
 „ voluntatem significatam nobis esse tum per
 „ Celsissimum Sabaudia Ducem, tum per Illu-
 „ strissimum Episcopum nostrum. Nec diffiteor
 „ quin dura & laboriosa provincia ista futura sit
 „ sed cur Sacerdotii honore aucti, Sacerdotii
 „ nera defugiamus ? sic tibi persuadeto, mi pater
 „ Novit Dominus viam justorum, & iter impiorum per-
 „ bit.

Colliquebat ad tam incensam orationem

cor boni senis : hinc nihil ausus contra tam pia,
 tamque certa argumenta afferre, bene precatus est
 poscenti filio, at lacrymans. Ita nihil cunctatus
 Franciscus, proficiscitur, socio consobrinorum
 uno, item Sacerdote, destinato certoque consilio
 predicandi JESUM Christum, & hunc Crucifi-
 xum. Nullâ re instructi erant pro comiteatu ad
 barbaros quibuscum versandum erat, nisi ovium
 mansuetudine, quam Dominus Ministris Evange-
 lii tantoperè commendatam esse voluit. Vix in-
 gressi erant iter, cum Franciscus ad obvii rivi mar-
 ginem in ipsis Anduatum finibus consistens, pre-
 cari supplex à Domino institit consilium suum for-
 tunaret, laboribusque benediceret iis, ad quos mi-
 serorum eorum causâ exantlandos accingebat se-
 se. Ægri isti, inquit, comparati animis erant
 quodammodò, Domine Deus meus, at inscii
 ad piscinam subeundam : sed hominem non
 habebant. Nunc unum ad eos mittis, indignum
 sanè, unde in illos officium tanti momenti pro-
 ficiscatur : effice, Domine, gratiâ tuâ, ut id salu-
 tariter peragam, utque per lucem quam ad eos
 afferro, feliciter recuperent drachmam fidèi,
 quam tam infeliciter perdiderunt.

Tenuit èt hîc Dominus solenne suum, ut tristia
 misceat lætis, acerba dulcibus : eâ in precatone
 agnovit intus in animo Franciscus, eventum secun-
 dum felicemque habitura ea, quæ in Provinciæ
 illius gratiam factum ibat : verùm, eodem tempo-
 re pectus illud Dei sui amore æstuans consaucia-
 verunt quæ passim ejus oculis objiciebantur, lu-
 ctuoso utique spectaculo, altaria contaminata,
 Cruces everse, alia omnia Religionis tanquam

62 VITÆ B. FRANCISCI SALESIÏ
insignia, abolita : hinc in has voces intimi doloris
indices prorupit : Respice, Domine, sepem hu-
jus vineæ ablatam, maceriam conculcatam, re-
liqua omnia perturbatâ; idcirco, quòd coloni
leges tuas violaverunt, dissipaveruntque fructus
æternum tuum : *Via Sion lugent*, eò quòd non sunt
qui veniant ad solennitatem : *Manum suam misit hostis ad*
omnia desiderabilia ejus : Non est lex : & Propheta ejus
non invenerunt visionem à Domino : dispersi sunt lapides
Sanctuarii in capite omnium platearum. O Antuatium
regio. ô Gebenna, convertere ad Dominum Deum tu-
um. (d) Secundùm hæc, opem imploravit Angelo-
rum Tutelarium regionis, in eorùmque se clientelam
dedit : exorcismum item concepit, qui incolas
omnes complecteretur, ad malignos spiritus
exturbandos locis iis, quorum in tyrannicam
possessionem jamdiu venerant. Atque id profuit
ipsi deinceps plurimùm contra spiritalia nequitia,
præsertim quoties cum Calvinisticis Ministris
congregandum fuit.

His peractis, adit ad Governatorem Provincie
(Baro Hermancius fuit) profert literas, quæ fidem
faciebant, ipsum rite atque legitimè missum, ad
ea loca tetendisse : tum egit cum eodem, de via &
ratione negotii tanti momenti prudenter tractan-
di : illud enim cavendum imprimis esse, ne alienis
jam à salutari institutione mentibus ulla vel levis
præberetur offensio ; enitendum potiùs, ut cum
iis comiter & circumspèctè ageretur. At Gubernator
pari modestiâ post consueta officia verborum
prolixè exhibita, videri sibi significavit, posse
illum quidem prædicare verbum Dei, Missam au-

(d) *Thren. i.*

tem publicè celebrare, haud tutum esse, ob periculum seditionis. Et in Alingiana Arce domicilium figeret precatus, ne quod vitæ discrimen alio quovis loco adiret, tormenta majora ostendens, quæ pro muri crepidine de more erant disposita. His verò non indigebimus, inquit, siquidem tibi Hæretici nostrates auscultare volent: etenim si ab iis eviceris, ut Evangelii legibus parere animum inducant, unâ eademque operâ morem legitimo Principi gerere ipsis persuaseris.

Ergo eâ in arce commorari cùm statuisset Franciscus, primùm omnium constituit cum animo suo, insolentem impietatem inhibere militum præsidiariorum, qui maximâ partem licentiùs se gerebant, quàm Christianos homines deceret: cùmque ferre nequiter sermones & turpes & blasphemos, quibus assiduè piæ pudicæque aures suæ & socii verberabantur, exposuit Governatori per piam salutaremque admonitionem, contra jus, falsque omne esse, lentè ferre flagitiolam eam licentiam: ad eosque ipsos conversus, qui tali procacitati impietati- que indulgebant, reputare illorum quemque jussit tantisper, eos qui blasphemis vocibus lace-
rent supremum Dei Nomen, qui impia aut lo-
querentur aut facerent, qui singularibus certa-
minibus aut objicerent se se ipsi, aut implica-
rent alios; miserè jure illo cedere, quod ad bea-
tam vitam olim in cælo fruendam, obtinuissent
per Baptismum; neque aliud quidquam iis re-
servari, nisi cruciatus sempiternos: ceterùm ni-
hil esse dementius, quàm ob verbum, ob con-
temptum nescio quem, mente fictum potius,
quàm „

„quàm ab iis mediatum, quos lacefferent, ubi
 „verbo, ob nihilum, inter se gladiatorum mor
 „cædēs exercere. Si propositū ipsis efferet, vel cum
 „vitæ discrimine existimationem in vulgus qua
 „rere, nō deesse ubi eam profunderent, si liberet
 „gloriosè, si hominum de se iudicia sequerentur
 „fructuosè imprimis, si intuerentur mercedē in
 „cælo sempiternam, propositā à Deo: irent sanè
 „quò Principis, Religionis, patriæ rationes pe
 „infinite decora vocarent: haud defuturas oc
 „cassiones quas arriperent, si ferret animus.

Hæc inculcata sæpius, adjunctâ præsertim for
 midine pœnarum propositarum contumacibus
 homines alioqui ad omnem licentiam projecto
 continuerunt tamen in officio, mox etiam flexe
 runt ad aures tanto Magistro accommodandas
 qui tam præstanter ad Christiani officii decus in
 stitueret. Successus is fuit, ut tandem aliquand
 præfocata sit sensim in depravatis mentibus inve
 terata peccandi consuetudo, & atrocissima quæ
 crimina designandi. Nimirum cum illa severitas
 conjunxit comitatem, simplicitatē columbæ cum
 igne æstuantis caritatis, tanquam Michæas ille,
 falsis Prophetis quadringentis opponens sese uno
 & ad præsidiariorum illorū, quorū quot erant, thur
 sonicas minas intrepidus: quasi intūs in me
 te hortantem Deum audiret, incitantēmq; iisdem
 propè vocibus, quibus Timotheo S. Paulus addre
 bat animos: (f) *Præcipe hæc & doce: nemo adolescentiam
 tuam contemnat.* Ita ex Evangelico præcepto nō
 metuens eos qui occidunt corpus, nullum timori locum
 dedit, caritate videlicet inflammante præcordia.

1 (e) 3. Reg. 22. (f) Tim. 4.

*In Arce Alingianâ sacrificat : Tononi predicat
verbum Dei: privatos quosdam instituit.*

NON satisfaciebant incenso Francisci studio
divinæ promovendæ gloriæ, fructus quos
capiebat Dominus ex ejus Concionibus ad popu-
lum, & ex familiari institutione quâ hæreticos affi-
duè nunc hos, nunc illos, imbuebat sacrorum dog-
matum sinceritate. Ergo apprimè gnarus, nihil
gratiarum à Deo in homines proficisci, nisi per
Jesu Christi merita; nihilque supræ illi Maje-
stati esse grâtius, quàm augustum Sacrificium, quo
eidem acceptissima illa hostia immolatur; nihil
non egit, sibi ut eo loco facere Missas liceret. Et ex
voto res cessit tandem, Francisci caritate sanè ma-
gnâ, superante adversariorum malitiâ. Itaque
cùm actuosissimus ille zelus obices omnes perru-
pisset ab inimicis objectos, cœpit denique in Arce
illa peragere sacrificium, incredibili animi sui vo-
luptate, singulari solatio quorundam, ad Christia-
ni officii severiorem disciplinam à superioris vitæ
licentiâ traductorum recens. Quare auxilium ex-
poscens è cælo, ad infelicitum hæreticorum sempi-
ternam salutem accurandam efficacius, iterabat
illud S. Pauli frequens, *Domine, quid me vis facere?*
[a] addebâtque ex Psalmographo: [b] *Paratum cor
meum Deus; paratum cor meum.* Locus is in quo con-
stitutum domiciliû habebat, ab oppido Tonono
leucas duas Gallicas distat: Tononû tamen se fer-
vidus Sacerdos conferebat quotidie pedes, & per

(a) Act. 9. (b) Psal. 107.

hyemem quidem, neque montis per quem transi-
 eundum necessariò erat, aspero sanè clivo, neque
 glacie copiosâ, neque nivibus deterritus. Hinc in-
 tumuerunt pedes primùm, mox etiam exulcerati
 sunt, tam non leviter, ut fluxerit non semel sanguis
 saniesve, unde rubor aspersus candori nivium.
 verò minii illud genus adhibendum erat, ut
 singula vestigia, quæ nivibus iisdem imprimeba-
 talis appareret, qualis Sponsus ex Cantico, *candens
 & rubicundus.* (c) Eâ verò in acerbitate exultabat
 animo Franciscus: & cognominis illius sui remem-
 niscens, S. Francisci Assisinas, qui stigmata Jesu
 Christi crucifixi in suo corpore singulari præ-
 gativâ portaverat, in se jucundissimè exprimebat
 particulam quandam cruciatuum eorum, quæ
 Dominus Jesus proximè moriturus pertulerat.
 Reputabat secum, illud demum iter insistendum
 ei esse, qui præeuntem sequi Christum velit: ac pe-
 honorificum sibi esse, illud quasi tributum pe-
 dere divino illi cruori, qui suâ causâ, mortalium
 que omnium fusus tunc ab eo fuisset, cujus ve-
 stigia persequenda sibi intelligebat, vexando
 dolores cruciatûsque corpore: nec inficiari tu-
 quidem potuit summa illius animi demissio, quæ
 ad se illud Apostoli (d) pertineret, ex Propheta
 ductum, *Quàm speciosi pedes Evangelizantium* pater
 etenim regnum Dei Evangelizabat utrique. Cui
 que moneretur, caveret utcumque sibi: neque
 nim carere periculo id quod factitabat, seu ex
 bore atque defatigatione tam ardui itineris soc-

(c) Cant. 5. (d) Rom. 10.

unde corpus plus æquo incalescens, morbi quid-
 dam contracturum fortè esset; seu ex importuna
 atrocitate hominum à recta fide alienissimorum,
 qui nefariâ molitione mortem de se ipsis benè
 merenti machinarentur; *Charitas*, inquit, non
 querit quæ sua sunt: (e) Si aut ex pleuritide,
 aut quovis alio leti genere, emori contige-
 rit, citiùs ad cælum perveniam: si vixero, illud
 huic menti solatii accidet, exiguum mihi istius
 acerbitatis sensum fuisse, ob miram suavitatem
 cum quâ conjuncta est. An non illud recogita-
 tis, Jacob tunc juvenem, virginis illius causâ,
 cujus nuptias ambiebat, laborem nullum recu-
 lassè, æstu ustum esse & gelu, nec oculos in som-
 num declinasse tum, cum mortales omnes alta
 nocte sopor occupabat? Nec Deus Jacob di-
 gnus est, qui, ubi ubi fuerit, requiratur? Sic habe-
 te: nullus tantus labor est, nulla tanta asperitas,
 quam non emolliat conditæque amoris, quo
 prosequi Dominum Deum debemus: ame-
 mus tantùm, intelligemus continuò, cruciatum
 nullum esse, qui cruciari non desinat, si ea infixâ
 sit menti cogitatio, totam illam acerbitatem
 quæ putatur, illius causâ tolerari, quem diligas
 & venereris.

Ergo ut rotus æstuabat cupiditate glorificandi
 Deum, ne quid intentatum relinqueret quod eò
 spectaret, instituit in Alingano Templo eodem
 verba facere ad populum. Concio sub initia sanè
 infrequens: sed favente inspectore cordium Do-
 mino Deo, qui consilia fortunare solet & eorum

E 2

qui

(e) 1. Cor. 13.

68 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
qui ad gloriam suam cuncta referunt, & eorum
quorum in sempiternam salutem invigilat; in ipso
illo exiguo numero auditorum repertus unus est
ad orthodoxam fidem conversus recens, qui, cum
in pectore nondum firmas satis radices fides
dem egisset, nutabat adhuc circa beatorum Cae-
sarii invocationem: quod cum uni Deo notum
esset, Franciscus actus ab eodem benignissimo Pa-
trante mortalium, ipsum illud argumentum
standum suscepit, tam secundo eventu, ut dubi-
tationem omnem ex illius animo sustulerit: ita ego-
giè deinceps in Catholicis dogmatis omnibus
confirmatus Neophytus, ad extremum usque
ritum recta sensit. Ubi verò didicit incensus
ecclesiastes quid tunc evenisset, sanctè constituit
quam abstinere à prædicando verbo Dei, qui
tumlibet rarus adesset auditor: sic enim secum
putabat; si una animula Deo semper visa digna
cujus causâ sanguinem vitamque Jesus Christus
profunderet, profectò, nullum tantum labori-
esse, quem eiusdem Dei famuli animarum cura
refugere debeant. Quare nihil fractus animo, per-
rexit menses complures pauculos illos instituit
paterna prorsus cura & caritate, fructu in iis qui
instituebatur haud malè respondente tantæ sol-
tudinè. Gladium igitur verbi Dei ancipitem, in-
per juga montium circumferebat fidelis Dei
mulus, ad perpetranda facinora digna ex-
mentis fortitudine, ad animas gloriosè sauci-
das, ad tot victorias reportandas, quot ictus
bat innoxios, inter medios illos cuneos hostium
Ec

Eccl
perfe
prof
pulis
run
ter si

In

V

Chri
pram
Præc
mè,
virtu
bita
verfi
stare
terun
Tan
post
mni
oner
voca
voci
desc
Ec

Ecclesiæ. Itaque hibernæ tempestatis, in regione perfrigida, acerbitate superior, suum ipsius cruorē profundisset hilaris, dum lacrymas elicere cæcis populis posset, quorum tanta caritate tenebatur, quorum pœnitentiam conversionemque tam ardentè sitiebat.

CAPUT III.

In eius caput conjuratur: gravia incommoda tolerat.

SECTIO I.

Virtus tua, ajebat Picus Mirandulanus, fratrem compellans, quatenus quidem virtus est, similem te Christo facit: sed quatenus laudata est, facit dissimilem, qui premium sua virtutis ab hominibus mortem Crucis accepit. Præclarè, tum si alium quemlibet, tum vel maxime, si Franciscum Salesium respexeris: illius enim virtus indignissimum in modum non semel habita est: & verò, quæ est hominum plerumq; perversitas, ubi primum aliquem, virtutem & honestatem constanter & perpetuò sequi animadvertunt, illico eum exagitare, inducunt animum. Tantum quidem abfuit, ut Tononenses novo Apostolo gratias, ut decebat, agerent, ut potius omni convitiarum & maledictorum genere eum oneraverint. Dum eos pro virili in viam salutis revocat, ipsi sagum, idololatram, falsum Prophetam vocitant: at is, & intrepidus, & ad probra obsurgens, nihilo secius inclamat: (a) *Fili hominum,*

E 3

usque-

(a) *Psal. 4.*

usquequò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Certè tam assiduus in habendis vel Cõcionibus, vel Catecheticis institutionibus erat, ut dies eum sæpe deficeret: nec contumeliis appetitus intepuit, desitve necessaria ad salutem capitã explicare: egregiè memor Magistrum suum, cum eodem olim modo à Pharisæis haberetur, nihil propterea de docendi assiduitate remisisse. Itaque Apostolicorum viroꝝ in morem verba facit, in una anima salutem intentus: vestitus, lectum, cibum res denique ad vitam tuendam necessaria omnes indignæ illi videtur, in quibus cogitatione in, modo minùs sollicitudinem occupet: alia omnia zelus arduus, Francisci menti objicit, sic, ut cum nonnisi quam longiùs à loco ubi constitutum domicilium habebat, nocte imminente abesset, quò deinde dixeret non haberet. Fuit quidem, cum ferè profectus inde, ubi diem in sanctis illis occupationibus posuerat, exclusus tempore in parietinis quibusdam constitit, sub divo, noctemque ibi totam exegit: cumque, ut ex socio rescitum est, deprehendisset eo loco Ædem sacram extitisse, unde illa tantùm rudera superessent, in hæc omnia verba prorupit ingemiscens:

» O Templum! cuicumque tandem Cælitum dicitur
 » catum primum es, in parietinis istis tuis venero
 » Deum verum, qui in secula seculorum vivit; venero
 » nerò JESUM Christum, Filium ejus, qui cum tunc
 » multa tamq; acerba meâ causâ sit perpeffus, et
 » emplò me suò incitat, ad nonnihil ejus causâ perferendum. Surge hinc Aquilo, veni Auster, perfla hortum istum

istum: & fluent aromata. [b] Consilia nostra fortuna, Domine Deus: mitte spiritum Sanctum tuum in corda populorum horum: sanè infelicitium, in eisque tui amoris ignem accende. *Benignè fac in bonâ voluntate tuâ, ut adificentur muri Jerusalem: tunc acceptabis sacrificium, oblationes & holocausta.* (c) Deus, veni: runt Gentes in hereditatem tuam: polluerunt Templum sanctum tuum: (d) sed pro summâ tuâ bonitate præcordia nostra sic compara, ut dignum Spiritûs tui habitaculum fiant.

Cum eâ verò oratione tam inflammata, facta quoque conjungebat: etenim id studebat potissimum, ut vitam suam ad normam vitæ Apostolorum exigeret, rebus omnibus abdicandis: neque unquam tanta lætitia perfruebatur, quàm cum ad extremam quandam rerum necessariorum penuriam deventum erat. Ac defixus aliquando altius in contemplatione extremæ Jesu Christi paupertatis, vel in præsepi, vel in cruce, in qua querebatur non habere se ubi caput reclinaret, jucundissimè noctes exigebat totas, sub prominente supernè tabulato tabernæ alicujus, nullo fulcro, nullo fomento quoquam, imbribus interim copiosis impetu ruentibus, at tam sedato, tamque tranquillo animo intereâ, ut, si fas dicere non *fulgura* quidem in *pluviam* faceret, quod de Domini Dei vi summa prædicat Psalmographus, (e) sed grandinem imbrêmque in jucundum rorem converteret, exaggerato illo pectore *delicias sub sentibus*, (f) ac sub re-

E 4 bus

(b) Cant. 4. [c] Psal. 50. (d) Psal. 78. (e) Psal. 134.
[f] Job. 30.

72 VITAE B. FRANCISCI SALESII
bus durissimis quibusque esse reputante, quoties
eae caelestis Domini causa perferendae occurrebant.
Nimirum praeclearius secum agi existimabat, dum
in istis ærumnis exigenda nox erat, quam si in regia
quapiam versaretur: animoque exultabat, quod
oblata occasio erat Domino Deo dicendi: *Tues
mihi in domum refugii, (g) umbraculumque a turbine
& pluvia.* [h]

Evēnit item aliàs, ut cū sub noctem ad pa-
gum quendam devenisset, neminemque proisus
paganorum, ad diversandum tectum ut praebere,
precibus ullis potuisset adducere, ab omnibus re-
pulsus, abdiderit se cum socio in clibanum calente
adhuc utcunque: qui nisi occurrisset, fortè utrum-
que necasset ante lucē vis atrox frigoris. Ceterum,
contrà quàm fert Lex Aquilia, (i) ut teneatur qui
obdormivit in custodia fornacis, unde regressa
flamma damnum intulit; flamma quidem erupit
ex clibano, in quo Beatus ille obdormivit, sed
flamma caritatis, quam injectam volebat in corda
eorum, quos noxii contra fidem errores corrupe-
rant, quorum causâ toties in discrimen capitis ve-
nit. Daniele alterum dices, è fornace prode-
untem, simul ad ruborem injiciendum hostibus
Dei, simul ad ærumnas illas omnes in radios ex-
quisitissimæ gloriæ convertendas.

SEC

[g] Psal. 30. [h] Isai. 25. (i) Lib. 27. §. 8. ad Legem
Aquil.

(. . .)

SECTIO II.

Sed nihil erant tot labores, totque res tam aspe-
ra, ad solamen illud interius, quo brevi Domi-
nus Deus mentem famuli sui recreavit, com-
plurium conversione ad fidem orthodoxam, hæ-
resi valere iussâ in perpetuum: quanquam illis
ipsis tam lætis initiis interseruit se ringens fata-
nas, serenitatēque illam novis procellis obdu-
xit. Rumpebantur invidia odioque, Calvinistici
prædones: & cū excidere se magis ac magis in
dies viderent existimatione tam noxiis artibus
parta apud miserimos populos, nec aliter posse
se consistere putarent, quàm si Franciscum Sale-
sum quoquo modo submoverent; nihil non ege-
runt, ut persuaderent suis, tollendum esse de me-
dio hominem publicæ quietis perturbatorem,
atque idcirco dignum qui flammis traderetur; ob-
sequium præstaturum Deo illum, quisquis esset,
qui manu sua eum confoderet, nec mediocriter
profuturum publicis patriæ utilitatibus. Id verò
ut certius procederet, sicarios quosdam pretio ad-
duxerunt ad cædem eam perpetrandam; in capta
subdolè occasione, in eum aliquando incide-
runt orantem in mapali quopiam: & actum uti-
que illius vitâ fuisset, nisi tunc quidem famulum
suum Dominus, qui justos protegit in abscondito
faciei suæ, eorum oculis subduxisset: ita nefarius
eorum furor elusus est: sic tamen, ut cū eorum
furens rabies ultrâ progredi nequisset, sortilegii
magiæque beatum Virum accusaverint: uniusque
ex iis impudentia eò usque progressa est, ut se illum

74 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
in nocturno Conventu dæmonum cum sagis ver-
fantium vidisse affirmaverit. Nec inficias ierim,
quin Magiam coluerit Franciscus, illam scilicet,
quæ sui Professores ad Dominum Deum vene-
randum incitat: quo sensu ait S. Thomas ex S. Au-
gustino, Reges illos, qui ad Bethleëmiticum Chri-
sti præsepe ab Oriente venerunt fuisse Magos.

Id verò postquam renunciatum beato Viri o est,
» signum Crucis à fronte ad pectus ducens, Sorti-
» legium se nullum, aut amuletum nosse, respon-
» dit subridens, nisi quod Jesus Christus sua
» ipsius Cruci affixum esse voluit: armis se iis uti
» consuësse ad sedandas tempestates, & ad sub-
» jugandos nequam spiritus; illo eodem rectum,
» in medio umbræ mortis non timere mala, ne-
» que per medias noctis tenebras pericula con-
» tremiscere. (a) At nihilo secius Satanæ emissarii ab-
» nefatio proposito destiterunt; contra, majori assi-
» duitate ac vigilantia explorare quò itaret, quàm se
» reciperet domum: ita haud diù post, noctu iter cum
» comitibus aliquot facientem adoriuntur stridentibus
» ensibus, & qui mos est hominum perditorum,
» blasphemis execrationibus omnia circumsonant.
» Hic consistit in vestigio Franciscus immotus: plura
» que firmitudinis animi præ se ferens, quàm illi fu-
» roris, planum fecit haudquaquam timere se eos qui
» occidunt corpus: (b) cumque ad repugnandum pro-
» rili, se se generosi comites accingerent, exemplum
» Domini secutus, Si quid, inquit, gratificari mihi
» vultis, dimicationi parcite: nihil metuunt qui con-
» fidunt Deo: ego verò in Dei cali protectione commoro-

[a] c. 1. v. 19. (b) Matt. 10.

speroque fore ut scuto circumdet me veritas ejus. (c) Hæc
 cum tranquillo sedatoque animo diceret, mirati
 ficarii ejus vel mansuetudinem, vel majestatem oris
 ac vultus, eò usq; mutati mitigatiq; sunt, ut in ge-
 nua pro voluti, poposcerint à Francisco veniam: non
 modò nihil ultra se in eum molituros, sed etiam in
 obsequio futuros, si qua in re sua egeret. Ita
 canere vir sanctus potuit Davidicum illud: (d)
Protexisti me, Deus, à conventu malignantium. Hoc
 defunctum periculo movent amici, à Calvinisti-
 sticis Ministris spargi de eo sermones sanè incom-
 modos: eam impudentiam retundendam videri,
 si non alio nomine, saltè idcirco, ut esset salva
 dignitas. At is festivè, Vos verò, inquit, si eorum
 loco essetis, quem admodum vos adhiberetis?
 planè molestum est, cibum tibi ex ore extrahi,
 præsertim si esurias. An non est cur occupatio-
 nibus istis meis obtrectent, quæ eos ad manti-
 cam redacturæ fortè sint? Preces potiùs funda-
 mus ad Deum eorum causâ, in idque incum-
 bamus, ut occasionem ipsis præbeamus ad ea
 quæ garrunt, plura addendi. Ita ferè evenit in-
 ter aulicos: quibus maximè obtrectatur, ii cum
 in gratia sint apud Principem, dignitatem ac
 fortunas maximè amplificant. Unum illud re-
 spondemus cum Tiberio Cæsare: *Satis est nobis,*
si hoc tantum dicant. Nunc demum animis nobis
 opus est, & firmo pectore: aderit è cælo Domi-
 nus: illo consilia nostra fortunante, mira facie-
 mus.

Verùm, cum tam lentè calumniam concoque-
 ret

(c) Psal. 90. (d) Psal. 63.

ret servus Dei, exitit consanguineorum aliquis,
 qui tot maledicta ab hæreticis in immerentem
 proficisci, impatientius ferens, ferro inhibere tan-
 tam procacitatem pararet. Nimirum ea est nobi-
 lium indoles: nisi Martius ille animus Jesu Chri-
 sti clavis retineatur, si injuriâ lacefferis, non nisi
 ægrè sese contineat. At Crucis amator eximius,
 “ Absistito, inquit, mi consobrine, absistito;
 “ noli putare idcirco in pictis tabulis S. Paulo
 “ gladium attribui, ut S. Petro, proximè stanti fe-
 “ rat suppetias: non idcirco hic versamur, ut ad
 “ trutinam sermones obloquentium adversario-
 “ rum exigamus: si quid demum faciunt, nisi, sum-
 “ mùm, stringunt levissimè cutem? Ut turbine
 “ ad pedes nostros venti excitent, quid tanti est, si
 “ caput superius procellis fuerit? & ex mente qui-
 “ dem S. Cypriani, qui semel solidâ quadam sta-
 “ bilitate lapidi angulari affixi sunt, ventorum le-
 “ vitatem rident, nec procellarum impetus quan-
 “ tumlibet vehementes reformidant: & verò
 “ fluctus illi decumani, ligna quidem & paleæ
 “ volvunt secum; rupes immotas abluunt. Glo-
 “ riosum nobis est, ab hostibus Ecclesiæ exagita-
 “ ri: neque illustrius comprobari virtus probò-
 “ rum potest, quàm si in eam convitia jactent im-
 “ probi. Linguâ Calvinisticorum Ministrorum
 “ proscindi, laudari ab honestis hominibus est
 “ neque artificiosior injuria in virum probum ja-
 “ ci ab inimico possit, quàm si is hæreticum adhi-
 “ beat ad apologiam texendam viri illius boni
 “ nec minùs probrosus, laudari ab infami, quàm
 “ publicâ flagrare infamiâ. Sapienter utique Ro-
 manus

manus ille quondam famosum in se libellum
 scriptum esse ab amicis monitus, Commove-
 rer profectò, inquit, si libelli illius auctores
 Cato & duo Scipiones essent; cùm verò ma-
 ledictum id ab hominibus nihili profectum sit;
 pergant porrò, per me licet, horas re tam sibi
 jucundâ ducere. Ceterùm, quid facturum fuif-
 se putes Ethnicum illum hominem, si Christia-
 nus fuisset?

Ergo immotus Francisci zelus egregiè sibi con-
 stitit: & quasi cuncta hæc ad alium non ad se per-
 tinerent, ita vadit Intrepidus, volitatque per media
 discrimina: diceres ab ipso studiosè momenta vi-
 tæ singula ad gloriosam mortem reservari. Cùm
 accepisset aliquando nobiles duos ex rixa ad sin-
 gulare certamen descendere, nihilque propius esse,
 quàm ut inter se miserè digladiarentur; advolat
 continuò Franciscus ad locum certaminis: ac tam
 opportunè advenit, ut medium se interserens, fu-
 rentem rabiem inhibuerit: nec modò veruit ultrà
 pergere, sed efficacissimâ oratione exitiosam dis-
 cordiam composuit tam feliciter, ut cùm alter ab
 altero veniam petiisset, ambos cum Deo per salu-
 tatem peccatorum confessionem in gratiam re-
 stituerit.

At Baro Hermancius, vitæ ac salutis tanti Viri
 consulturus, ex suis militibus aliquot offert ad præ-
 sidium, qui alii ex aliis adessent perpetuò, quocun-
 que Franciscus pergeret: sic enim tutum fore à pe-
 riculis, quæ quotidie intentantur. Sed non tulit
 generosum pectus cautionem eam brachii carnis:
 & Absit, inquit, ut præsidium illud admittam,
 præter

„ præter illud Sancti Pauli. Ille cum Colle
 „ gis Apostolis, uno gladio verbi Dei de totius
 „ orbis terrarum rationibus triumphavit : atque
 „ ut Lutherus Calvinusque nefariam hæresim fer-
 „ ro propagaverunt, sic extinguenda est vox
 „ Domini *confringentis cedros, & concutientis desertum*
 „ *Cades.* (e) Ceterum, vitæ meæ terminos nolui
 „ protendi ultra illud momentum, quod extrin-
 „ mum mihi à Domino Deo constitutum est.

Ubi id minùs processit, pater ipse talis tantique
 filii peramans, consilio cum amicis communicato
 aliâ viâ eum aggreditur, ac validiore, ut putabat.
 Scribit ad eum litteras amoris significatione ple-
 nissimas, non posse se ferre diutiùs, eum in perpe-
 tuis discriminibus versari : satisfactum jam ab ipso
 abundè esse ei procurationi quam susceperat : im-
 pientissimi cujusque sensum esse, perseverantiam
 illam, in obstinationem degeneraturam, nò cedere
 ret : nihil aliud esse, nisi tentare Deum, in obdura-
 torum pectorum conversionem incumbere cui
 suo ipsius periculo : homines istiusmodi ad officium
 non rationum pondere, sed tormentorum
 esse reducendos. Hæc aliâque offerebat pater
 ad reditum persuadendum filio : sed nimirum
 humana naturæ, humanaeque rationis imbecillitas
 sunt, quàm ut agentis intùs Dei impulsione
 queant obistere.

Franciscus, cui constitutum pridem erat causa
 Domini Dei sui tueri, quicquid eveniret, nec
 plenus erat illius spiritu, carni aut sanguini acquiescere ; responder, magnâ ille quidem erga p-

(e) *Psal.* 28.

trem observantiæ significatione, Haud sibi ali-
unde petendum, quod rationibus ab eo allatis
opponeret, quàm ex ipsius Domini verbis atque
oraculis his: *Qui perseveraverit usque in finem, hic sal-
vus erit. (f) Non coronabitur, nisi qui legitime certave-
rit. (g) Momentaneum & leve tribulationis nostræ supra
modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in
nobis. (h)*

Hæc ad patrem, ut dejectum ipsius animum
confirmaret, ad amicorum autem quosdam ista
addidit; Est quidem ingens & hujus populi, &
eorum qui ipsi præsumunt obstinatio: ii eò usque
progressi proteviæ, ut suos veterint Catholi-
cis concionibus operam dare: & aliunde, tam
sunt mundi amatores, ut illis eripienda sit &
hæresis, & sæculi dilectio. Verùm, nuper unus
ex eorum præconibus distirabat, afferri à nobis
locos è Scriptura sanè efficaces ad conclu-
dendum sacrum Jesu Christi corpus inesse in Eu-
charistia. Hinc spes affulget fore, ut *fortis ille
armatus qui custodit atrium suum, pellatur à fori-
ore superveniente (i).*

Sibi verò illud propriè dictum interpretabatur à
Christo Domino, (k) *Cùm audieritis prælia & seditio-
nes, nolite terreri; & : Ante hæc omnia, injicient vobis ma-
nus suas. Tum addebat; Ex rebus istis arduis &
difficilibus existit fiducia mea: hæc ad cælum per-
venitur, quandoquidem oportuit Christum pati, ut
ita intraret in gloriam suam. (l) Ac video quidem in-
felicitium illorum minas, artem, malitiam eò spe-*

(f) *Math. 10.* (g) *2. Tim. cap. 2.* (h) *2. Corinth. 4.*
(i) *Luc. 11.* (k) *Luc. 21.* (l) *Luc. 4.*

80 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
ctare, ut nos his locis pellant: verum longissimè
absunt ab eo quod sequuntur: dum in eorū insti-
tutione versari minùs licebit, pteces ad Deum eo-
rū causâ fundemus, hortabimur, arguemus quante
maximâ poterimus assiduitate, patientiâ, zelo: ut
que intelligat inimicus, quò magis adimere nobis
animos parat, hòc nos esse firmiores; quàm poteri-
mus celerrimè, perficiemus ut sacrosanctum Mil-
sæ sacrificium istis locis peragatur, remque uoan-
omnium maximè salutarem constabiliemus. O-
mnino ita est, ut halcyon illa nidificare dicitur in
mediis pelagi fluctibus, sic vir Christianâ fortitu-
dine præditus immotâ animi tranquillitate ærum-
nis & tribulationibus quatitur: ac præclarè à Se-
neca dictum, (m) *Ut grando tectis incussa. sine ullo ha-
bitatoris incommodo crepitat ac solvitur, sic quæcunq;
tandem molesta acerbâque accidant sapienti, ni-
hil tamen labefactari ejus constantiam.*

(m) Epist. 45.

CAPUT IV.

*In pervigilio Corporis Christi, noctu in-
signi favore dignatur illum Deus:
quid inde sit consecutum.*

UT qui missionem sanguinis copiosam impu-
ferunt, eorum corporis habitudo plenior
deprehenditur; sic qui ardua æquo animo tol-
rant, declatant utique, copiosâ & ubere gratiâ
tere mētem suam. Id adeò in Francisco cernere
cuit: idcirco enim tam lenè, tamque pacatè in-
guis inodis exagitari se se patiebatur, quòd D-

plenus erat. Et verò non solum generosum illum suum militem tegebat, ut vidimus, optimus Dominus, sed etiam identidem dexteram suam illum amplexabatur, & exquisitissimis quibusque delitiis demulcebat. Id adeò fecit copiosè nocte illam, quæ festum Corporis sui anteibat: quo tempore tam uberem eandem, tamque vehementem ejus menti suavitatem infudit; ut cum tantam vim ferre non posset, humi procumbens exclamaverit, *Parcius Domine, parcius: recede à me: non enim ultra par sum istius tuæ suavitatis ferendo ponderi.* Et magnum quiddam in ejus animo perfectum fuisse, animadvertimus postridie: nam & in Altari quamdiu Sacrum fecit, & in suggesto, unde mox verba fecit ad populum, tam incensus apparuit, ut Seraphim diceret, humanis oculis spectabilem præbentem se se: testanturque; qui interfuerunt, ejus vultum reluxisse; argumenta autem tam lacertosa allata ab eo fuisse, ut Christum Jesum re ipsam in sacra Eucharistia extare comprobaret, ut dubitationem omnem de contrario, ex audientium mentibus absterferent. Confluebant itaque vicini populi ad audiendum eum: crederes illius tum voces, tum scripta similia esse voluctum earum Hyrcanarum, (a) quæ pro facibus esse dicuntur, iis qui nocturno tempore iter faciunt; utque memoravit S. Augustinus, (b) *Quomodo Rebecca nec in aures habere potuit, nec armillas in manibus, nisi Isaac per servum suum transmitteret; ita et Ecclesiam nec verba divina in auribus, nec opera sancta habere potuisse in manibus, nisi hæc illi Christus per suam gratiam, & per suos Apostolos contulisset: sic Antua-*

F tes

(a) Solin. cap. 21. (b) serm. 75. de temp.

resistis donis cœlestibus caruissent, nisi ad eos
 beatus thesauros illos gratiæ detulisset. Ergo cū
 ad extremam infelicitatem eos redegisset vel igni
 ratio capitum fidei ad salutem necessariorum, &
 morum depravatio; Franciscus verba vitæ attulit
 unā cum documentis virtutum talium, ut vix
 quidquam reperire esset eo tempore: quò depa-
 ratiore animarum destitutæ plebis rationes era-
 hōc magis beati Viri zelus astuat: amorque
 qui tanquam mens erat factorum illius, consilii
 rūmque omnium, opinione magis incalescit
 beato excessu, quo sacrum Jesu Christi corpus
 collo aptum in argentea theca clam circumferret
 ad ægrotos, quò si res ferret, eos cœlesti illo
 co communiret, in adorando illo salutis nostræ
 gnore, animo & cogitatione defixus totus, nisi
 aliud animo volutat, nisi tam munificam Domini
 Jesu beneficentiam in hominum genus.

Omnino æstimare difficile est, quis sensus Fran-
 cisci eo tempore esset, qui motus animi, quæ
 spiria, qui impetus candidissimi illius pectoris,
 um absconditum versus, quem tam propè ab
 intelligebat: ac vicissim, qui torrentes gratiarum
 quæ flammæ, quæ quantaque sua vitas, ex eo vo-
 ptatis fonte manans, pectus idem Francisci ob-
 tet: neque enim continere se poterat benignus
 mus Dominus, quin gratissimos sibi esse testaretur
 ardores illos caritatis, quâ electorum causâ certum
 capitis discrimen adire non dubitabat Vir beatus
 Confessus quidem ipse est, tunc ante omnia
 verlatum menti suæ esse Davidicum illud; (c)

(c) Psal. 109.

minare nunc, Domine, *dominare in medio inimicorum*
istorum: neque jucundissimam illam occupationem
 mentis interrompebat, nisi dum eundem erat ad
 agrotos: tunc enim oblitus sui, id agebat maximè,
 ut in eorum animis ingeneraret sensum ingentem
 & pietatis & fiducia: reputare eos secum jubens,
 à scientissimo illo Medico, qui in sacra Euchari-
 stia lateret, hominum criminibus facinoribus.
 que confectam theriacen salutarem imprimis,
 quam, quocumque demum pergat, circumferat
 semper secum, offeratque mentibus mortalium
 languidis, & ex misera peccati contagione e-
 nervatis. Admonebat, Domini Dei benignam
 misericordiam tanquam balsamum esse, quod
 ad intima usque penetralia se se insinuet, mem-
 tem comparans ad robustam fidem, spem fir-
 mam, pœnitentiam sinceram, cum intimo do-
 lore de offenso Deo conjunctam. Hæc verò
 tantum animi & alacritatis afferebant audienti-
 bus, ut illico ad mirabilem quendam timorem Dei
 exardescerent, nec suavem minùs, quàm effica-
 cem: ita quem ne velatum quidem intuebantur,
 in eum ferebantur totis medullis cordium, & to-
 tis præcordiorum affectibus.

Sed cùm nec sic quidem sibi satisfaceret Vir A-
 postolicus; præter panem illum qui de cœlo de-
 scendit, subministrabat etiam filiis in Christo suis,
 quos recens Domino suo pepererat, unde corpus
 aleretur, de tenui suo demenso detrahens aliquan-
 tum, quod ipsis largiretur: quasi addere aliquid
 vellet, hîc quidem, ad caritatem S. Pauli, qui sic
 Evangelium prædicabat, ut *habens alimenta, & qui-*

84 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
bus tegetur, his contentus esset; (d) Franciscus autem
tantum Magistri discipulus, non modò nihil ab iis
cipit, quibus verbum Dei prædicat, sed etiam
mentorum partem aliquam in eos distribuit, in
pume gestati consulens: neque metuit ne sua se-
ritas privet rebus necessariis, sed potius in deli-
tum loco ponit, facultatem sibi offerri imitari
paupertatem Domini sui, repræsentandique in
ipso illud Canticorum, ex persona Sponsi; (e)
*dederit homo omnem substantiam pro dilectione, quæ
hil despiciet eam.* Videlicet, præclarè secum ag-
istimabat, cui tam sanctâ de causâ daretur ad-
nuriâ redigi, ad eumque statum, in quo pa-
Deum fiducia & rerum necessarium destitu-
ne, aptè posset dicere, *Panem nostrum quotidie
da nobis hodie.*

(d) I. Timoth. 6. (e) Cant. 7.

CAPUT V.

*Multos ad orthodoxam fidem reducit
eosdem magno labore instituit.*

VIDERE mihi videor in beato Viro ren-
tem historiam Apostolicam, antiquâ
las victorias feliciter ex iis reportatas, quibus
Evangelicæ disciplinæ cervices subjecerunt.
animo quippe suo reputans vir Apostolicus
tionem illam Christi Jesu ad S. Petrum, (a)
diligis me? pasce oves meas; tantundem sibi præ-
dictum putavit. Eaque interior persuasio
in Francisci pectore motus effecit, ut ex eo
mento, in animarum conversionem incu-
tant

(a) Ioan. 21.

tanquam magis ex professo. Nimirum angebatur intimè, miserabaturque majorem quendam in modum, dementium illorum sortem, sanè deplorandam; qui tanquam oves errantes, vagantesque hanc illac, non modò sine pastore, sed etiam sine pascuis, propositi ferocitati luporum rapacium, qui multos jam annos & pastores ipsis & pascua subduxerant; expectare nihil aliud poterant, quàm ut ab iis aliquando vorarentur. Ingemiscebat ad conspectum miserorum, qui tanquam Jonas alto sopore in fallacibus vitæ deliciis depressi, nihil de imminente naufragio solliciti erant, unde rectà ad Tartarum essent præcipitaturi. Videbat, nec sine summo sensu doloris, quid fecisset inimicus homo, quòque modo eorum ex cordibus tanquam ex agro bonum semen sustulisset veræ sinceraeque doctrinæ, zizaniæque superseminasset erroris atque imposturæ: cui malo ut faceret medicinam, ad orthodoxos tum veteres, tum conversos recens, præclaram orationem habuit de discrepantia verorum & falsorum operariorum Evangelii.

Ergo & verbi sonus, & odor virtutum Francisci totâ regione spargebatur, trahebaturque undique miserabiles populos ad audiendum eum, dum è loco superiore dicebat ad concionem, ad visendum eundem, consulendumque de rebus, de quibus dubitatio ipsis inciderat: at is satisfaciebat abundè omnibus. Equidem si ex S. Thoma, Prædicator debet esse *absolutus a curarum secularium*; (b) dignus utique in paucis, tam sublimi munere Franciscus erat; quandoquidem ea ipsa sine quibus con-

E 3

sistere

(b) Part. 3. q. 40. a. 3.

sistere vita nequit, negligebat ferè: tantâ enim & rent
 tamque assiduâ curatione instituebat Neophytos tempu
 illos, ut cibi, potionis, somni cogitationem omnes Pate
 abjiceret, dum cum hæreticis colloquitur, confes- sione,
 siones orthodoxorum excipit, (illorum maximè fuit qui
 qui hæresim abjecerant recens) debiliores in fide ad aud
 confirmat. Hyemem quidem totam exercitatio facieba
 formidolosum quendam in modum habuit tu ipsis er
 aliunde, tum quòd quotidie Drancem fluviolum Sacram
 tam rapidum, ut impositum pontem disjecisset mus, av
 trajiciebat per asserem ex densò gelu sanè lubrum ac
 cum, quòd sacrificare posset: neque enim adhuc clam, è
 oppido celebrandæ Missæ facultatem accepta putatio
 Horrebant non modò Catholici, sed etiam hære- tensuru
 tici ipsi, ad spectaculum plenissimum pericul tanti m
 perreptandum enim beato Viro erat manibus menta
 nibusque, quoties itabat ad Ædem sacram, tran nullus
 fluviolum positam: in eum, ut est quidem crea comm
 bile, intuentes, tanquam illi olim Philisthæi in Jo tius) ne
 natham, Saülis filium, inferentem se se intrepide tenebr
 per clivum montis sanè arduum, in capitis atque myster
 in vitæ discrimen, reptantemque ad hostes Dei et fica à n
 pugnandos: aut tanquam in fornacem amoni los ad
 flammarum vi medio in pectore æstantium, ab tuerun
 sumentem obvios quosque obices, difficillimos re, quò
 cèt; aut tanquam in sacrum quendam ignem, vit bit, di
 omnem suam in se se colligentem eò acrius, qu mus: c
 plus molestiæ faceſſebat hostilis illa glacies circa provin
 stans, tamque pia consilia oppugnans: attoniti dissens
 omnibus ad excelsitatem illam animi, qui ex am illud d
 se tam dura tamque formidolosa & meditare etus. A
 & re injeçt

& tentaret. De hoc argumento sic ipse sub illud
tempus ad D. Fauræum, unum ex intimis:

Patescit, mi frater, ostium ingens hac in Mis-
sione, ad Christianos labores. Heri parùm ab-
fuit quin Davulius veniret cum oppidi Syndicis,
ad audiendum me, dum ad concionem verba
faciebam è loco superiore, quòd renunciatum
ipsis erat, acturum de augustissimæ Eucharistiæ
Sacramento, de quo, quid Orthodoxi sentia-
mus, avebant tam cupidè cognoscere, ut quæ
eorum adesse non ausi sunt palàm, audierint me
clam, è latebra. Pollicitus sum autem, me dis-
putatione proximâ luce meridianâ clariùs of-
tensurum, doctrinam Catholicorum super illo
tanti momenti capite, certissimam esse; argu-
mentâque talia allaturum, ut adversariorum
nullus (nisi si quis sensui judiciòque hominum
communi nuncium remittere voluerit obstina-
tius) non agnitus sit, se ad hanc diem in terris
tenebris & caligine fuisse circâ sacrum illud
mysterium. Et vident utique hæc tam magni-
fica à nobis proponi, ut ad concertationem il-
los adducamus. In publico conventu consti-
tuerunt, Confessionem fidei suam, nobis trade-
re, quòd, de ipsa, si quâ in parte à nostra disside-
bit, disputare in familiari colloctione possi-
mus: cumque vellent ex iis aliqui, demandari
provinciam hânce Vireto, hæretico Ministro,
dissenferunt alii, veriti ne si mecum in certamen
illud descenderet, obmutescere cogeretur vi-
ctus. Gaudeo vehementer, sollicitudinem ipsis
injectam esse, atque adeò ab ipsis cogitationem
fulcipi

„ suscipi de conditionibus nobis ferendis. Si in
 „ re tanti momenti venire in colloquium detre-
 „ ctaverint, ea res indicio erit, metuere illos mi-
 „ rum in modum impressionem Catholicam, ne-
 „ putare se tanto oneri ferendo pares esse posse.
 „ Nos rei eventum expectamus, erectò, quæ Do-
 „ mino Deo sit gratia, & fidenti pectore.

CAPUT VI.

*Colloquia cum Calvinisticis Ministris ne-
 cit : unum ex iis convertit.*

QUI certamen forte dat justis ut vincant, ex Sapi-
 entis effato, (a) eam mentem iniecit magno
 nimo illi militiae suæ antesignano, ut Calvinistico
 Ministrosurgeret ad certamen, nihil familiaribus
 eorum dolis, nihil malitiosis machinationibus au-
 vi deterritus. Videbar siquidem fore, ut si, quod
 sperabat, principes factionis, nihil eorum auctori-
 tatem reveritus, profligasset, letalis heterodoxia
 ex populorum mentibus evelleretur, loliumque
 hæreseos cederet frumento orthodoxæ fidei, quod
 hinc non mediocria incrementa captura esset. E-
 cessit feliciter suscepti consilii ratio : mirati enim
 vehementer ii, quorum res agebatur, vel fidentiam
 Catholici Ecclesiastæ, vel Ministrorum suorum
 timiditatem, qui haud obscure certamen cum tanto
 generoso adversario refugerent; de illorum per-
 tia minùs magnifice sentire cœperunt.

„ Instat eò acriùs Vir Dei: &, Duorum alio-
 „ rum, inquit, faciendum vobis, ut aut me red-
 „ guatis, si mentior; aut eam ipsam doctrinam

(a) Sap. 10.

quam propono amplectamini. Quid faciant se-
 ctariorum primipili, loco tam lubrico? Præ se fe-
 runt conventuros se ad publicam disputationem:
 convenitur de die: invitantur non modò oppida-
 ni, sed etiam Gebennenses. Ac Franciscus quidem
 adfuit non modò ad diem, sed etiam ad momen-
 tum præstitutum: consecuta multitudo tam in-
 gens, ut ad hominum decem millia convenisse pu-
 tata sit. Expectabantur avidè Ministri futuri, pars
 magna certaminis: sed nequicquã: homines & in-
 docti, & malè sibi conscii, tam vim acerrimi adver-
 sarii, quàm suam ipsorum tenuitatem reformidan-
 tes, ut metum suum aliquo obtentu tegerent, causa-
 ti sunt, idcirco adesse se non posse, quòd faculta-
 tem conveniendi à Serenissimo Allobrogum Du-
 ce non haberent. At inutile effugium fuit: ad cer-
 tamen descendere oportuit denique: nam Fran-
 ciscus viam omnem evadendi præclusurus, ad Gu-
 bernatorem adit, facultatèmq; congregiendi ob-
 tineret continuò: & quoniam moras adhuc necte-
 bant Ministelli, exponit, demonstratque pro con-
 cione, quæ obtenderent isti suæ fugæ haud valen-
 tissimi pugiles, futilia esse, quandoquidem ne ob-
 tentâ quidem facultate, se sisterent. Hic verò at-
 toniti miseri, timentèsque meritò ne tam multo-
 rum ad sanctam Ecclesiã reditu, existimatio-
 ne ibidem partâ paulatim exciderent; simulant
 denuo, constitutum sibi esse ad certamen descen-
 dere. Verùm, ne tunc quidem periculosa aleæ
 committere sese auli sunt, retrahente formidine.
 Quâ tam præclarâ occasione utendum tempesti-
 vè rarus illustris Ecclesiastes, postquam Ministro-
 rum

90 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
rum ignaviam, simulationemque posuerat ob o-
culos, ad frequentem concionem dixit singulari
quadam verborum ubertate & copiâ, nec minori
robore rationum, de errore illo Calvinî, tam exi-
tioso, quàm cum sana sanctæ Ecclesiæ doctrina
pugnante, Scripturam solam ad sempiternam sa-
lutem sufficere, in eâque sola reperire quemque
posse, suæ fidei analysim: quod falsissimum esse
tam luculentè demonstravit, ut adstantium Calvi-
nistarum compluribus dubitationem injecerit:
cùm præsertim viderent eum perstare in proposito
congregandi cum Ministris: quam rem eò usque
urfit, ut Gebennam eo animo, eoque consilio se
contulerit, malas bestias ad ipsa usque cubilia in-
vestigaturus. Tam inexpectatus adventus Do-
ctoris Catholici eò usque perculit eos qui in ca-
thedra pestilentia sedebant, ut è toto numero re-
pertus unus sit, qui (magno suo fructu) decerrare
cum Francisco auderet; is, ut pertinacissimus non
erat, agnitâ, vi argumentorum, veritate, dedit ma-
nus, palamque contestatus est, Romanam Eccle-
siam & vera docere, & esse sanctam: quæ quidem
professio vitâ ipsi sterit: nam ubi primùm sectarii
de serâ ipsius ad eandem Ecclesiam conversione
cognoverunt, continuè ad tribunal tractum, ca-
pitis condemnaverunt: felicem utique ac fortu-
natû, qui sanctæ fidei juxtâ, & divini amoris victi-
ma, Martyr occubuerit eâ ipsâ die quâ professus
orthodoxum fuerat, & uno eodemque momen-
to victoriam reportârit & triumphum. Ita por-
tu & cum S. Paulo gloriari, immolari se, & fieri sacrifi-
cium

ficiū Dei : habere enim se sursum, summum Sacerdotem qui se offerret, qui se prior, victima fuisset.

Ceterū, Illustrissimus Episcopus Gebennensis supra quam dici queat, exhilaratus de secundis rumoribus, qui longè lateque spargebantur de factis dictisque illius quem miserat, certum hominem ad Franciscum allegavit, qui suo nomine ipsi gratularetur de faustissimo successu Apostolicæ expeditionis: adoprare se eum loco filii; acquiescere se in eo, tanquam in baculo suæ senectutis; summam se, atque unicam consolationem ex eo capere: comprecari se Dominum Deum, ipsi ubi benedictionem è cælo largiretur: se quidem impertiri suam abundè,

At modestus servus Dei, ad eum vicissim literas plenissimas observantiæ misit, in hunc modum:
 Aequissimum est, Præsul Illustrissime, rationem tibi à me reddi eorum quæ hîc gessi, quæque pergo gerere. Id verò non possum aptius perficere, quàm si te ad Epistolas S. Pauli rejecero; ibi descripta cuncta nostra reperies. Ego quidem indignissimus sum, qui cum tãto Apostolo comparer: verùm, nihilo seciùs Deus supremus opifex meâ infirmitate, quibus viis novit, utitur ad suam gloriam. Ea potest esse precum tam præsulis efficacitas, ut mihi ab eodem summo Deo obtineant id quod nunquam promerebor: peccator enim sum, & planè indignus donis, quæ idem benignissimus parens in me confert.

CA-

CAPUT VII.

*Davulium ad fidem orthodoxam reducit:
cum Ministrorum uno dispu-
tationem init.*

Non via Dei, via hominum: (a) ad argumentum siquidem præsens quod attrinet, solent tyranni insidiosis blanditiis quibusdam inescare eos, qui gratiam suam aucupantur: postquam enim eos opibus exuerunt, premunt deinde tanquam spongas, & premendo exhauriunt scilicet: atque universim improborum Dominorum est, benefacere aliis, non ut eos expleant, sed tantum: ut distineant; neque tam dona conferre, quam casses obijcere, durissimis propositis conditionibus, quò tandem aliquando eos majori cum ignominia spolient & depeculentur. Deus autem alio plane modo agit cum suis: *dat habenti & abundabit:* (b) in quem semel contulit dona sua, in eum munificentiam suam gestit effundere: *ac mensuram bonarum & confertam & coagulatam dat in sinum eorum,* (c) quæ jam collatis muneribus aptè utuntur, & consentaneè sanctissimæ dantis voluntati.

Quare mirandum minùs est, tot progressus factos in dies à Francisco fuisse uberiores alios aliis ad regni Dei fines amplificandos: diligebatur videlicet à Deo, & diligebat Deum. Inter alias autem victorias, quas eo tempore de hæresi reportavit, insignis imprimis Davulii, viri nobilis, conversio fuit. Is, in quem hæretici tanquam in pri-

marium

(a) *Isai 55.* (b) *Matth. 13.* (c) *Luc. 6.*

marium sectæ suæ columen intuebantur, impulsus à Domini spiritu, coactusque cedere momentis rationum, quibus Vir beatus revicerat impiam falsitatem eorum omnium, quæ contra Romanæ Ecclesiæ scita dogmataque Calvinistæ tenet; persuaderi sibi passus est id quod erat, viam nullam sempiternæ salutis superesse ei, qui per hæresim versetur extra Ecclesiam. Itaque errores detestatus quibus assensum incautiùs præbuerat, nunciù Calvinò, Calvinisticaeque hæresi remisit publicè, adstantibus etiam Gebennensibus aliquot. Doluit ea discessio vehementer Ministris: proinde nihil reliquerunt intentatum, ut Davulium ad se retraherent: sed cùm nihil procederet, ex eorum grege unus, homo versipellis, conditionem offert jucundam Davulio imprimis, ad disceptationem venturum se cum insigni illo sago, (eâ videlicet vocetam indigna famulum Dei designabat) ostensurumque falsa esse ea, quibus pro Concione aures audientium imbuebat. Placuit utique quod offerebatur Davulio, qui ex eâ disputatione corroboratum se iri in fide sibi persuadebat: placuit Francisco Salesio, qui Deo nixus, sperabat fore, ut novum Goliath ad Domini Dei gloriam sterneret. Ergo sic animatus, contendit denuo Gebennam, coram Neophyto cum adversario dimicationem suscepturus, conditionemque proponit sanè æquam, ut postquam is capita protulisset, in quibus errare Ecclesiam Catholicam sibi persuaderet, ostenderet nihil à nobis doceri quod non verum, nihil ab iis qui ab Ecclesiâ discessissent, teneri, quod non falsum esset, cùmq; exitiali errore conjunctum.

junctum. Cùm detrectare Minister nequireret, ut
 mentem jam miseri metus occupaverat, turbide
 exponit, reprehendi à se inter cetera, quæ de Ec-
 clesia aspectabili eademque perpetua à nobis tra-
 dantur; & quòd Christi JESU corpus & sanguinem
 re ipsâ Eucharistiâ contineri asseveremus. Hic
 aggressus Catholicus Doctor confirmare singula
 illa capita, tantâ vi disputavit quinque propè ho-
 ras, ut Ministellus redactus ad incitas, cùm nihil
 posset aliud, de more hæreticorum conversus ad
 convitia atque ad maledicta, diris omnibus de-
 voverit immerentem, pro gratiâ de detectis con-
 futatisque erroribus contumeliam rependens. Ve-
 rùm, ut idem fol est semper, seu obtegatur nebu-
 lis, aut etiam defectionem patiatur, seu in tuo lu-
 nitore luminibus nostris objiciat, sic probrû illud
 in encomii loco Beatus noster reposuit, & injuriam
 illam tam lentè tulit, tantâque mentis tranquilli-
 tate, ut studia sibi adjunxerit majoris partis ad-
 stantium: quorum deinde plurimi ad eum adie-
 runt capessendæ sanctæ institutioni; cùm certo
 certius sibi persuaderent, non posse tantam virtute-
 tem nisi in regno veritatis consistere. Cùm tamen
 quibusdam minùs probaretur tanta lenitas, hanc
 ad eos Orationem habuit:

„ Dominus JESUS regnum cœlorum Judæis an-
 „ nuncians, refractarios lère objurgabat ille qui-
 „ dem, verùm idem doctrinâ suam amicè & be-
 „ nevolè tradebat. Equidem illud confirmare de-
 „ me possum, nunquam mihi excidisse aculeatum
 „ verbum ullum, aut à mâsuetudine alienius, qui-
 „ me deinde pœnituerit: homines amoris signifi-
 catione

" catione facilius, quàm dictorum factorumve
 " asperitate capiuntur. Et verò cùm huc venerim
 " iudes instituturus, quam tandem methodum se-
 " qui aptius possim in dictis factisque, quam mira-
 " bilem illam, & omni ex parte circumspectam sapi-
 " entiam ipsius, hoc est, Magistri mei? Is cùm pec-
 " care nullo modo queat, aut hallucinari, an non
 " exemplar illud imitari prorsus debeo? neque
 " enim satis nobis esse debet, esse bonos: eniti
 " planè debemus, ut simus optimi.

Secundum hæc, scribendum sibi putavit ad
 Summum Pontificem, de felici successu Missio-
 nis, præsertim, de Davulii reditu ad sanctam
 Ecclesiam: at is summopere lætatus animo, tam
 feliciter primam illam Missionem Francisco ces-
 sisse, Breve Apostolicum ad eum misit, Davulio
 " tradendum, in quo hæc inter alia: Vade fili,
 " narra quanta tibi fecit Deus, qui te de tene-
 " bris hæreseos vocavit in admirabile lumen
 " suum, restituitque sanctæ Romanæ Ecclesiæ;
 " quæ te in sinum maternum tantâ caritate ex-
 " cepit. Nos quidem benedicimus Deum cæli,
 " qui propter summam caritatem suam non est
 " passus te diutiùs in umbrâ mortis commorari.
 " Ceterum, postquam antè, Ecclesiam Dei perse-
 " cutus es tanquam Saulus; tanquam Paulus in id
 " incumbito deinceps, ut eam ædifices & prote-
 " gas pro viribus. Interea pro testimonio nostræ
 " erga te benevolentiam paternam & Apostolicam
 " benedictionem tibi impertimur. Romæ, sub An-
 " nulo Piscatoris, secundo Septembris, M.D.XCVI.

*Taurini rem Catholicam agit: potissimum
Tononi restitui sacra curat.*

DUM tanquam cœleste quoddam balsamum Neophytorum pectora perfudit Ecclesiasticus nostri eloquentia sanè penetrabilis; literas gratulatorias accepit à Celsissimo Duce Sabaudia, de præcipuè capita complementes, quæ mirificè servum Dei delectaverunt: alterum, quòd is profitebatur mirifico se desiderio teneri, omni ope ipsius juvandi ad tam sancta cœpta promovenda: alterum, quòd eundem Taurinum invitabat, quòd agere posset cum ipso coram: communicaturos inter se consilia eò spectantia, modumque ac rationes disquisituros, ad progressus ingentes faciendos inchoato in opere. Nihil potuit beato Viro accedere jucundius: quam obrem aëtis iterum iterumque gratis misericordiam Domino, qui pio Principi tam salutarem mentem injecisset, nihil cunctatus proficiscitur, perque Vallem Garocellam, & Alpes Cottias pergit eò, quòd invitabatur, tempestate perfrigida, nivibusque tam altis, non semel vitæ periculum adierit, vel ex frigore velex præcipitiis. Et verò fuit, cum membrorum omnium usu captus, & immotus tanquam stativix movere pedes ad gressum posset: quo eodem tempore, ut benignissimam Domini Dei in sua providentiam agnoscas, eunti occurrit Monasterium, ubi refocillavit tantillum vires, hortantibus atque adeò penè cogentibus Religiosis, ne ca-

commodo cœlo viâ reliquum metiretur; viatores enim quotidie reperiri ex frigoris atrocitate inanimos: sed vrgebat dilectio morte fortior: ita retineri non potuit. Quamobrem iter satis longum idem, & omni ex parte difficile quanta celeritate potuit emensus, Taurinum cum pervenisset, singulari quadam benevolentia significatione à Duce exceptus est. Et verò, præterquam quòd horas plures solus cum solo collocutus est, placuit, ipsum, ad pondus addendum rei, de iisdem capitibus disputantem audire coram Nuntio Apostolico, Aulicorumque primariis: eo in confessu præfatus cur venisset, efficacissimè disseruit de argumento sanè pergrato, hoc est, de Domini gloria amplificanda iis in locis, capita octo proponens eò spectantia plurimum.

Primò, juberet Dux, ditione sua tota excedere Ministros hæreticos: eos enim incolarum conversioni vehementer officere.

Secundò, juberet idem, Magistratus, dignitatesque civiles committi Catholicis, ab iisdemque excludi hæreticos.

Tertiò, ad instituendos in fide adultiores, erudiendamque juventutem, fundaret Tononi Collegium Patrum Societatis JESU.

Quartò, juberet quæstionem institui de redditibus Ecclesiasticis, quos aut hæretici injustè usurparent, aut alii quilibet illegitimè sibi arrogarent: hinc enim posse effici summas ingentes, unde & Tempia ab hæreticis diruta restitui, & veri legitimi que Ministri sacrorum Altarium, ali possent.

Quintò, Conducibile fore, in Ternerano territorio

98 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
itorio parœcias plures in unam eandemque red
gi, unde reditus uberiores existerent, quò Pa
chi dignitatem suam decorè sustinere possent
cis iis, ubi egestas ceteroqui perpetua.

Sextò, Necessarium videri, constitui à Præfede
locorum illorū, pœnæ certum genus modumque
in eos, qui se criminibus inquinarent iis, quæ
hæretica licentia penè in consuetudinam ve
tissent.

Septimò, Certi reditus & stabiles assignare
tur in numerum haud mediocrem orthodoxo
rum Concionatorum: eam in rem satis fore pe
cuniarum summas annuas, quæ Ministris vig
hæreticis pendebantur, si Celsissimo Duci plac
ret, illas hos in usus tam pios derivari.

Octavò, Restauranda esse Templâ. Tono
oppidi, & Ædem sacram Alingianæ Parœciæ, in
dem constituendo Parochos, attributis cuique
certis redditibus, quò & ministrare commodè po
sent Sacramenta Catholicis, quorum non exigua
jam tum numerus esset; & servirent institutio
hæreticorum complurium, seriò jam de fide o
thodoxa capessenda cogitantium: id nî fieret, pe
riculum esse ne illi in errore ad suam ipsorum pe
niciem permanerent.

Hæc uti à Viro Dei singulari quodam divi
gloriæ studio proposita erant, ita à Celsissimo D
ce tanquam à Deo profecta, excepta sunt. Quæ
facultatem Francisco dedit parœcias aliquot red
tuendi, Parochos sex, singulos in singulas elige
di (reditus iis ab Equitibus Ordinis S. Mauri
suppeditatum iri) perficiendi ut quamprimùm

Æde sacra S. Hippolyti, Tononensi, sacrificium perageretur, cujus quidem Templi in possessionem Catholici jam venerant: significatumque Catholicis eisdem, in scripta redigerent, quæ jam proposuissent Principi: ea ubi sibi tradita essent, spondit Nuntius Apostolicus, missurum se Romam, & apud Summum Pontificem curaturum.

His peractis, reditum quam celerrimè potuit, adornavit Vir divinæ gloriæ zelo æstuans, atque ad eò impatiens moræ cujusvis minùs necessariæ. In discessu, literas ad Tononenses ipsi pius Princeps tradidit, quarum hæc fere summa: *Ingenti nostro gaudio accepimus, vos operam dedisse Concionatoribus Catholicis, dum verbum Dei vobis traderent, sinceramque doctrinam fidei orthodoxæ. Sperantes itaque hac opportunitate apertum vobis iri viam salutis, hortamur vehementer, eâ ut bene utamini: utemini autem bene, si animos adverteritis ad rationes quæ vobis exponentur, ac difficultates quæ circa ea quæ tradentur, vobis occurrent, propositueris. Nobis quidem nihil tam cordis est, quam ut vos in sanctâ nostrâ Religione progressus facere, ad nos referatur:*

Hæ literæ mitum quas turbas exciverint in Tononensibus hæreticis, in antesignanis autem præsertim: II perciti & iracundiâ & odio, minas atrociter intentare in vigilantissimum Pastorem, convitiâque addere, & sermones ad seditionem spectantes. Ac re ipsa furiosissimi quique ad arma cõversi, præmiserunt invalidiores aliquot, qui fustibus lapidibusque instructi, accederent propiùs ad Ædem sacram, cui restaurandæ jam operam dare Franciscus cœperat: sed advolârunt ex adverso,

Catholici statim, protectori suo regendo, ut
 erat: ac vim sectariorum iniquam, iustâ vi repul-
 sâ, minantur palàm interfecturos se, si quis ma-
 sueto Pastori afferret injuriam. At is ad su-
 „ conversus, Veleâ re, inquit, planum facitis
 „ esse Neophytos, atque adeò nondum peritum
 „ mos Effatorum Evangelicorum. Deprehensum
 „ tis progrediente die, in sacra ea doctrina me-
 „ tionem fieri mortis proximorum causâ suber-
 „ dâ; tantùm abest, ut, quod facitis, de interfe-
 „ cendo quoquam agatur. An sunt ea miracula
 „ Ecclesiæ illius, quam proximè deseruistis? Sa-
 „ cti Apostoli ad vitam revocaverunt mortuos
 „ vos de vivis necandis agitis? illi gressum hal-
 „ lem claudis restituerunt: vos de truncandis
 „ qui expedite gradiuntur, initis consiliû? Ab-
 „ ste, quæso, abstiste, fratres mei, meditari talia
 „ demonstrate potius, filios vos esse Jesu Christi
 „ & injurias perferendo, &, si res feret, etiam
 „ verbera: etenim longè gloriosius est, Dei causa
 „ res duras perpeti, quàm ex inani popularis glo-
 „ riæ aucupio, ulcisci contumelias. Si me diligitis,
 „ quod se facere præ se fert unusquisque vestrum
 „ unum à vobis in beneficii loco peto: man-
 „ estote, & obvium quemque consalutate
 „ mi, nullo discrimine sanctæ fidei & erroris. Vi-
 „ cite illos observantiæ significatione; quò in-
 „ ligant vos humilitatis Christianæ disciplinam
 „ capessere, in quâ ministrare quàm ministrari
 „ honorificentius est, hoc est, pro servo, quàm pro
 „ Domino se gerere.

Ita benedictione Domini confirmatus, pro-

dit obviam adveniēti multitudini: quæ constantia sic hostiles in fregit animos, ut recesserint illico. Verum, ut non facillimè de suscepto semel consilio dimoventur homines hæretici, in iis præsertim quæ ad sectæ propugnationem pertinent, Syndici Consiliariique, ubi nihilo secius instare operi Franciscum vident, primùm quidem operas per vim dispellere aggressi sunt; dein, quoniam id non processit, per publicum Notarium, ex formulâ Franciscum vetant procedere longiùs: at Vir Dei contra contestatus; accusaturum se crimine Majestatis & perduellionis, eos, qui cœptam legitimè ædificationem interturbarent; declaravitque digna tali persona constantia, peritæturum se porro, & donec aliud cõstitutum esset legitimâ auctoritate, eadem sacram restauraturum, & mox in restaurata Sacrificaturum.

Hic verò conversi Ministri ad convitia atque adprobra, ut sic animo comparatum Virum Dei vident, ad eum adeunt, & Magusne es, an Propheta, ajunt, qui jactes Religionem tuam triumphaturam his locis, Catholicosque rerum posituros? nū hæc à familiari tuo genio accepisti? Quæ « Domino Deo meo sit gratia, neque Magus un- « quam fui, excepit Vir Apostolicis, neque mihi « quidquam cum Magis commercii fore spero: « Propheta item non sum; neque is sum, cui Do- « minus Deus dona talia impertitur: hæc siqui- « dem reservat dignioribus: nihilò tamen secius « ajo, Calvinismum intra breve temporis inter- « vallum cessurum prorsus sanctæ Romanæ Ec- « clesiæ

clesie Catholice à Domino fiet istud: is denique
 dominabitur, ut par est. Tum compellans Neophy-
 thos, Res nostras, inquit, suaviter stabilien-
 sunt: quicquid habent virium adversarii nostri
 totum exerunt cum insigni Tyrannide: nec
 cur quidquam de eorum humanitate speremus
 Si tumultuabuntur vel leviter, non dubito, qui
 magister primus omnium: semper enim id tenent
 erunt infideles, ut oves dispersuri, prius in Pa-
 stores saevirent. Nos verò ne cadamus animi
 illud modò sequamur, ut eorum obstinationem
 vincamus patientiâ, petulantiam sanctâ qua
 modestiâ retudamus. Res duras toleremus tan-
 tisper: Dominus Deus aderit: de ejus misericor-
 diâ confidamus: mens enim nostra sincera cor-
 illo est. Nolim ego vos ad lanienam ducere at-
 tere, quàm saginaverim: nimis novi estis adhuc
 fide, & nimis infirmi: nondum vestræ coronæ
 ad felicitatem in cœlo obtinendam elaboratæ
 sunt: vestrum est illis extremam manum impo-
 nere, fortiter fideliterque dimicando: potius
 mùm autem benignitatem exercendo, & pa-
 tientiam: hæ virtutes victoriam vobis de hoste
 parient. Filioli mei, Dominus dedit mihi, & vobis
 vos quod attinet, cor sanè molle, & paternum
 ceterum, ut in orbe isto aspestabili sidera ca-
 sus habent valdè mundi elementaris motibus
 contrarios, ita celestium animarum sensus pa-
 nè à terra extant. Illud monco iterum, con-
 dendum Deo esse; *Veniens veniet, & non tardabit*
 (a) interea, laboremus tanisper optimi Domini

(a) Habac. 2.

causâ, à quo nobis præclara imprimis merces
rectè factorum servatur: neque defatigemur a-
nimis; quandoquidem nulla tempus inter &
æternitatem aptè institui comparatio potest.

Et egregiæ orationi respondebat par actio; nul-
lam quietis partem capere eum sinebat zelus do-
mûs Dei, qui intima illius præcordia depasceba-
tur: in id ergo assiduè incumberebat, & acriter qui-
dem, ut quæ detrimenta sanctæ fidei iis locis im-
portaverant profanis sacrilegiis homines impii,
hostesque fidei capitales, ea reponeret abundè.
Uno eodémque tempore simul sacras vestes ad
nitorem pompamque comparat, simul piæcum
Neophytorum mentes tanquam exquisitissima
suppellectili sanæ institutionis exornat.

CAPUT IX.

Catholicorum rituum usum instaurat Tononi:

ibidem sacrificium ipse peragit natalitiâ

Christi JESU nocte: tum efficaci ex-

hortatione ad rectam fidem

reducit plurimos.

UNAM petebat à Domino David, pius ille Prin-
ceps, ut videret voluptatem Domini, visitans Tem-
plum sanctum ejus; (a) aut benignitatem Domi-
ni, ut Chaldaeus Paraphrastes; aut ejusdem pul-
chritudinem, ut S. Hieronymus; aut gaudium,
ut Sanctus Augustinus; aut, ut Theodoretus,
dona gratiæque, quibus suos Deus sanctis illis
in locis augere consuevit. Simillima vota Fran-
cisci fuere, quem aptè, ut Davidem illum, Virum
secun-

G 4

[a) Psal. 26.

Sanè illius zelo tam opportunè *Ædes sacrae*
Hippolyti Tononenfis instaurata est, ut pro pro-
sepio Christo Jesu fuerit ea nocte, qua primò
terris ortus est. Nam in ea augustam illam cer-
moniam peregit pius Sacerdos, fausta illa hora
ac secundùm sacrum, Neophytos octingentò
aptè jam ad percipienda mysteria comparato
eiusdem Christi corpore refecit: tum ad aurora
sacrificavit iterum; tertium, hora còsuetà, hoc est
nona matutina. Exin, cùm suggestam conscend-
set de glorià dicturus nati Regis cælorum, animò
sic incendit tum eorù qui se iam Catholicos pro-
fiteri cœperant, tum eorum qui auebant ad Eccle-
siam se se recipere ex hæresi, ut Mesingiani, Al-
giani, Brensenses, (pagorum trium per frequen-
nomina sunt) singulari quadam alacritate fides
orthodoxam eieratâ hæresi professi sunt. Tum vero
felix victor vix se continere, dum eos turmatim
ad capeffendam institutionem accurrentes vidit
mox numerum aucturos fidelium nascentis illius
Ecclesiæ, quibus adeò concinere vicissim David
cum illud licebat: *Confirmata est super nos misericordia*
ejus, & veritas Domini manet in æternum. (b) Cernens
laborantem assiduè, at eo modo quo laborem ve-
luptate miscent homines rusticani, dum uberrimè
in messe sub manipulorum fasce tantùm non suc-
cumbunt, in cortem deportandorum. Unum me-
ruebat interim, ne solus tanto oneri impar esse-
t. Quare suppliciter à Domino messis precabatur
identidem, operarios mitteret in messem suam
recurrebat enim frequens hæc cogitatio, prop-
[a] Psal. 116.

miraculi perpetui esse, quòd unus ferret tam diu laborem tantum, ut etiamsi distribueretur in plures, plucium illorū vires exhausturus fuisse videretur. Nimirum, uni atq; eidem ferendæ vigiliæ erāt, sermo familiaris ferendus, ineundæ collationes, Catholica doctrina tradenda, audiendæ confessiones, Verbum Dei prædicandum. Admittebat ad colloquium cujuslibet conditionis viros & feminas, neminem aut tenuitas excluderat aut ætas: neque enim poterat homo mitissimus ullū repellere aut rejicere, quæcunq; tandem occupationes ingruerent, quarum moles nullum non alium animo minùs exaggerato præditum obruisset.

Accedebat, quòd cum nullusdum Parochus iis locis constitutus esset, Pastoralia munera omnia in ipsum recidebant: Dominicis diebus inter Missarum solemnia monendus populus erat de vigiliis festisque, intra hebdomadæm occurrentibus: tumulandi rite mortui, administranda Sacramenta Baptismi, Matrimonii, extremæ Unctionis: tradenda puerulis Christianæ doctrinæ elementa: ad eosdem cogendos certum in locum, cursitandum per pagos: & quoniam luces totas, quàm longæ erant, occupationes tam variæ, tamque crebræ absumebant, idcirco noctæ excipiendæ confessiones erant complurium, quæ itidem facultatem omnem quietis capiendæ adimebant: uno verbo, personas sustinebat Patris, Patroni, Judicis, Medici, Oeconomi populorum omnium horū mce: numero orthodoxorum sic excrecente in dies, ut intra breve temporis intervallum pervenisse dicatur ad octo milia Domino benedictionem eandem dāte gnavo

106 VITÆ B. FRANC. SALESII. CAP. IX,
& fidei operatio, quam post adventum Spiritus
sancti, Apostolorum Principi datam legimus. (c)
Ergo afficiebatur in dies magis ac magis erga fili-
os illos, quos in Christo Jesu per Evangelium
generat: & tanquam bonus pastor, novi gregis
oves tollit in humeros, in gremium, in manus, in
cor: ut usurpare illud S. Pauli aptè posset: *Quis scan-
dalizatur, & ego non trror?* (d) fleo cum flentibus,
gaudeo cum gaudentibus, infirmo cum infirmis,
omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam.

De istiusmodi occupationibus tam variis tam-
que multiplicibus, quibus sic sub initia assidue de-
stinebatur, hunc in modum, sub ea tempora scripsit
ipse: Sunt hæc quidem munia diversa; verum af-
fectio animi, quæ aptè tam multa tractetur, uni-
ca est: amor unus pretia distinguit factorum no-
strorum: ac Servator mortalium Dominus Jesus
idcirco Patri suo æquè carus erat ad fluëta Jor-
danis, ubi se dejecit; in nuptiis illis in Cana Galilæ-
æ, ubi existimatione & famam populari augetur;
in monte Thabor, ubi transfiguratur; & ad Gol-
gotha, ubi cruci affigitur; quod in iis omnibus
Deum parentem uno eodemque studio, pari
mētis demissione, nec inæquali affectu venera-
batur. Enitamur itaque ipsi Deum eundem ubivis
exquisite diligere, & præcelsum quendam in modum
videlicet illud ante omnia sequendo, ut ipsum de-
lectemur: id, si fiet, factis nostris exilibus quilibet,
vulgaribusque; addet pulchritudinem perfectio-
nemque summam. Certè de se in eam sententiam
S. Augustinus. (e) *Pondus meum amor meus; eo feror
quovunque feror.* VITÆ

(c) Act. 2. & 4. [d] 2. Cor. II. (e) 13. Confess. c. 9.